



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll. Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher. Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations. Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Roll I5 [previously H2] (recto) [Thursday] 23 April 1562

Dulwiche
H.2. Visus Franci plegii cum Curia Manerij Margarete Calton
Vidue ibidem tenta xxiiij^{mo} die Aprilis anno regni domine nostre
Elizabethhe, dei gratia Anglie Francie & Hibernie Regine,
fidei defensoris & c Quarto / - / - /

Essonia Johannes Webster essoniatus est de Communi Secte sue Curie ad hunc diem per Henricum Webster filium eius / .

xij^m Juratores tam pro
domina Regina quam pro
domina huius manerij

Walterus Dove
Johannes Dove
Walterus Symon
Thomas Wode
Robertus Brokesbye

Jurati

Christoferus Curson
Henricus Huscrofte
Ricardus Wrighte
Thomas Bowmer
Johannes Lewes

Jurati

Thomas Hunte
Johannes Heathe
Johannes Kemsall
Willelmus Kepyn &
Edwardus Casinghyrste

Jurati ad inquirendum super
articulis huius Visus,
& Curie / . / . / .

~~Obitus tenenti~~

Qui dicunt super Sacramentum suum quod Robertus Draper qui de domina tenuit libere per cartam Unum messuagium
& x^m acras terre cum pertinencijs vocatas Amhyll per redditum c--- xj^d oboli per annum & Unum tenementum vocatam Reigates continentem septem
acras terre per redditum c--- xiiij d oboli, & unam libram Cumini per annum Et Unum aliud tenementum & octo acras terre iacentes in
campo vocato Lytle Apse per redditum xvj^m denariorum per annum Diem suum clausit extremum / post cuius mortem
Matheus Draper est eius filius & heres propinquior & plene etatis qui modo presens est in Curia, et petit
admitti ad predictas terras & tenementa Et acceptus est inde tenens Et dat domine de Relevio, ut patet in capite /
Et fecit domine fidelitatem & c / .

Relevium c--- iij^s v^d
& j lb cumini .

[slip attached in 1982,
but not in 2020 :]

Item iuratores presentant quod dictus Robertus Draper qui de domina tenuit sibi & heredibus suis per
Copiam Curie Septem acras terre in tribus parcellis iacentes per redditum c----ij^s iij^d per annum, & tres acras terre
iuxta Gascoignes pytte, per redditum c---xiiij d. per annum ac item iij^{or} acras terre iacentes in le apse per redditum

pro 14 acris terre
redditus annuatim iij^s iij^d
Draper
Finis c----- xx^s

herietti c---ij^o, ----
c--- ij^f vj^s viij^d.

Finis c---- xx^s

annua^{tim} c---xvj d . obiit inde seisisus / post cuius mortem accidit domine pro & in nomine duorum heriettorum c-- ij^f vj^s viij^d
Et dicunt quod Matheus Draper est eius filius , & heres , & plene etatis / Et presens hic in Curia petit
admitti ad predictas terras cum pertinenciis / Cui domina per Senescallum suum concessit inde seisinam / habendum et
tenendum sibi et heredibus suis per virgam secundum consuetudinem manerij & per redditus consuetudines & servicia inde prius
debita & consueta Et dat domine de fine pro ingressu suo sic inde habendo prout patet in capite / Et fecit Domine
fidelitatem / Et admissus est inde tenens & cetera / .

Finis pro licencia
c----- [blank]

Ad hanc Curiam venit Johannes Dove iunior in plena Curia ista & petit de domina huius
Manerij licentiam locare vel ad firmam dimittere cuidam Waltero Symons Unum tenementum ibidem vocatum
Morkyns / Unum croftum continentem per estimacionem tres acras terre arabilis , duo clausura vocata Norcroftes continentia per
estimacionem xij^m acras / Unum aliud clausum vocatum Lyttle Nappes continens per estimacionem quinque acras , & Unum Clausum vocatum
Stonye nappes continens per estimacionem quinque acras terre & dimedium / a festo sancti Michaelis archangeli ultimo
preteritum ante datum huius Visus cum Curia Manerij predicti Usque finem & terminum Viginti Unius annorum
Cui quidem Johanni Dove Juniori , Domina ex gratia sua speciali Concessit licentiam locandi , sive dimittendi
predicta tenementa , & cetera premissa prefato Waltero pro termino annorum supradicto / Et dat Domine de fine
pro tali licentia sic inde habendo prout patet in capite . / . / .

Finis c-----xv^s

Ad hanc Curiam venit Henricus Henley in propria persona sua , et cepit de Domina
huius Manerij in plena Curia ibidem Unum tenementum & xv^m acras terre quarum Una acra vocatur Wattes crofte
cum pertinenciis infra Manerium predictum / Cui domina per Sen^{escallum} suum concessit inde seisinam / Habendum & tenendum
predictum tenementum & quindecim acras terre cum pertinenciis prefato Henrico Henley & heredibus suis per
virgam ad voluntatem domine secundum consuetudinem Manerij predicti / Reddendo inde annuatim domine , & heredibus suis quinque
solidos per annum / Et omnia alia onera , consuetudines , & servicia inde prius debita & consueta / Et dat domine de
fine pro ingressu suo sic inde habendo prout patet in capite / Et fecit domine fidelitatem Et admissus est inde
/ tenens .

Ad eandem Curiam venit Thomas Wode , et cepit de domina huius manerij in plena Curia undecem acras terre

Henley pro 15 acris terre
redditus annuatim c---v^s
Finis c-----xv^s

iacentes apud Howlettes bridge , & duas acras terre **ibidem** vocatas lyttle myddlefelde cum pertinenciis infra **dominium predictum** / Cui **domina** per Sen^{escallum} **suum** concessit inde seisinam , Habendum & tenendum prefato Thome Wode , & Elizabeth uxori eius , ac heredibus ipsius Thome, per virgam ad voluntatem domine **secundum** consuetudinem Manerij / Reddendo inde annuatim Domine , & heredibus suis quinque solidos , & octo denarios / Et accidit domine pro terris predictis Unum bovem coloris rubei de herietto precii c--- xx^s Et similiter de fine pro tali statu sic inde habendo prout patet in capite / Et fecit domine fidelitatem Et admissus est inde tenens .

pro 13 acris terre
Wode redditus annuatim c--v^s viij^d
Finis c-----xx^s
heriettus c-- xx^s
Finis c-----xx^s

Homagium **ibidem** presentant quod Henricus Hunte qui de **domina** tenuit sibi & heredibus suis per copiam Curie, Unum tenementum & decem acras terre quondam Bernardi Johns, et Unum aliud tenementum cum duabus acris terre **ibidem** vocatis Walkers Crofte & Una parcella terre vocata Gorye lande continente tres acras terre cum pertinenciis **ibidem** / Diem suum clausit extremum post cuius mortem accidit domine pro ij^{bus} heriettis duos boves precii inter se c----ij[£] x^s / Et quod Johannes Hunte est eius filius & heres, & plene etatis, Qui modo in plena Curia petit admitti ad **predicta** duo tenementa . et terras **predictas** cum pertinenciis infra manerium **predictum** / Cui **domina** per Sen^{escallum} **suum** concessit inde seisinam / Habendum & tenendum sibi & heredibus suis per Virgam ad Voluntatem domine **secundum** consuetudinem Manerij . Et Dat Domine De fine , pro tali ingressu sic inde habendo prout patet in capite / Et fecit Domine fidelitatem / & admissus est inde tenens / & c. Et reddit annuatim pro terris **predictis** quatuor solidos & octo denarios & omnia alia onera inde prius debita & consueta

pro quindecim acris
Hunte redditus annuatim c--iiij^s viij^d
Finis c-----xx^s

herietti 2^o c----ij[£] x^s .

Finis c-----xx^s

Ad hanc Curiam

venit Johannes Crofte in propria persona sua & cepit de **domina** huius Manerii in plena Curia , Unum tenementum & triginta acras terre quondam Ricardi Laune / Cui **domina** per Senescallum suum concessit inde seisinam / Habendum & tenendum **predictum** Tenementum & xxx^{ta} acras terre cum pertinenciis infra **dominium predictum** prefato Johanni Crofte & heredibus suis per Virgam ad Voluntatem domine **secundum** consuetudinem manerij **predicti** Reddendo inde annuatim domine & heredibus suis decem solidos & sex denarios & omnia alia onera redditus, consuetudines & servicia inde prius debita & consueta / Et dat domine de fine pro tali ingressu sic inde habendo prout patet in capite / Et fecit domine fidelitatem Et admissus est inde tenens & c . / . /

pro 30 acris terre
Crofte redditus annuatim c--x^s vj^d
Finis c-----xxvj^s viij^d

Finis c--xxvj^s viij^d

Communis finis c-- iiij^s
Jurati in assisam

Juratores presentant quod dant domine de communi fine per capitales plegios **ibidem** ad hunc Visum prout patet in capite & c. Et quod Johannes Azerine & Walterus Bone sunt etatis xij^o annorum & Jurati sunt in assisam domine regine & c / iijs iiijd. Item presentant quod Willelmus Henley iniuste & contra pacem traxit sanguinem super Willelmum Browne , eo quod

tractio sanguinis

c----- iij^s iij^d

fregit eius caput cum uno pugione anglice a dagger, Ideo ipse in misericordia, & dictus pugio remane^t Domine ad &c.

misericordie c----- iij^d

Et dicunt quod Thomas Dawton, & Johannes Mathewe fecerunt defaltam ad hunc Visus, Ideo seperatim in misericordia prout &c.

misericordie c----- iij^d

Et quod Thomas Bowmer est communis pandoxator panis & cervitie, & fregit inde assisam Ideo ipse in misericordia prout patet super &c

Extrahure

Et dicunt quod Unus equus coloris rubei venit de extrahura infra dominium istud, ad festum Omnium sanctorum Ultime preteritum
Et item vj^{ex} oves matrices, j aries, & quinque agni venerunt item de extrahure infra dominium istud x^{mo} Die
mensis Martii / Et dictus equus appreciatur ad Valenciam c--- ix^s, & dicti Oves ad Valenciam c--- xxi^s / Ideo preceptum est
ballivo proclamare in foro & ecclesia prout &c.

Libertas communie

c----- ijs ijd

Ad istum Visum venerunt Christoferus Custance, Johannes Becket, Johannes Lewes, Johannes Hunte, Thomas Wode,
Thomas Dalton, Henricus Huscrofte, Willelmus Dalton, Edmundus Newbande, Johannes Kemsall, Johannes Badger,
Egidius Abecke, Johannes Hethe, Johannes Smythe, Willelmus Kepyn, Thomas Fearynge, Robertus Brokesbye,
Thomas Bowmer, Ricardus Wrighte, Thomas Tyther, Johannes Dove, Thomas Hunte, Trislans
Harlegys, Willelmus Henlay, Walterus Symons, & Edwardus Casyngehyrst, & dant Domine
quilibet eorum pro libertate Communie ibidem habendo, de porcis & averiis suis pasturando prout patet &c / . / . / .

Ordinaciones -----

Preceptum est Waltero Symondes escurare fossatum aque suum ducentem a quodam tenemento vocato Morkyns usque
Grene Strete continentem per estimacionem xvj^{cem} particatas ante festum sancti Michaelis archangeli proximum sub pena forisfacture pro
qualibet particata c---iijjd . Item preceptum est Thome Hunte escurare fossatam suam ducentem a le Aspoole
ende, Versus Besmares Brydge continentem per estimacionem quinque acras[sic, perticatas] terre, ante dictum festum, & sub pen^a predicta
Similiter preceptum est tenentibus ibidem ad conveniendum apud Bowmers Howse die Marcurij in septimana pentecostes ,
inter horas sextam, & septimam ante meridiem eiusdem diei, ad capiendum Visum de omnibus sepibus infra dominium
istud, & illas ponenda in ordine sub pena qui defeceret forisfacture c-----xij d .

Afferatores huius Curie { Johannes Dove c---
 &
 Thomas Wode c--- } Jurati &c c-----

Summ^a huius
 visus cum
 Curia ----- }

Unde { de Relevio c----- iij^s v^d -----|
 Herietis c--- vij^{xi} xvj^s viij^d -----|
 Finibus terre c--- v^{xi} xx^d -----|
 Finis pro licencia c---|
 De communi Fine c--- iij^s -----|
 pro tractione sanguinis c--- iij^s iij^d --|
 Amerciamenis c----- viij^d -----|
 pro licencia Communie c--- iij^s ij^d -----|

[End of I5 [previously H2] (recto). I5 [previously H2] (verso) follows below :]

Roll I5 [previously H2] (verso)

[at the top :]

Dulwyche Rotulæ Curia^e ibidem Anno Regni Regine Elizabethhe Quinto . 1562

[and, at the bottom, upside down...]

Rowls from the 3 to the 5 of Eliza

[End of Roll I5 [previously H2].]